

ORATIO EQUITUM

DOMINE JESU,
qui me Militiae Equitum Sancti Ioannis Hierosolymitani
 participem fieri dignatus es,
Te humiliter deprecor,
ut, Beata Maria Virgine a Filermo,
Sancto Ioanne Baptista,
Beato Gerardo
cunctisque Sanctis intercedentibus,
ad sacra Ordinis nostri instituta servanda benigne me adiuves:
Religionem catholicam, apostolicam, Romanam firmiter colam
 ac adversus impietatem strenue defendam.
Caritatem erga proximum,
praesertim erga pauperes atque infirmos diligenter exerceam.
Concede mihi virtutes,
quibus indigeo,
ut, ad Evangelii normam,
haec pia vota ad maiorem Dei gloriam,
totius mundi pacem nostrique Ordinis profectum,
mei immemor animoque penitus Christiano,
valeam implere. Amen.



AD BEATUM ADRIANUM FORTESCUE

BEATE ADRIANE FORTESCUE,
ora pro me,
ut mei obliviscens Dei caritate magis refulgeam.
Adiuvam me etiam propter amorem sui
 magis cognatos familiaresque diligere,
atque in primis, aegros pauperesque.
Intercede etiam pro me
ut tui similis omnia pro Christo
atque Ecclesia sua catholica periclitari sim paratus. Amen.